



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

VIIIa. Dieselben bekunden anderweitig die Bedingungen dieser
Verbindung des Oderberger Hospitales mit dem Kloster, am 26. Juni 1259.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

VIIIa. Dieselben befunden anderweitig die Bedingungen dieser Verbindung des Oberberger Hospitales mit dem Kloster, am 26. Juni 1259.

Otto, diuina miseracione Brandenburgensis ecclesie Episcopus, ac Johannes, eadem gracia marchio in brandeburg, Omnibus presentem paginam Inspectoris salutem in eo, qui est salus omnium. Attestatione presentium ad cunctorum uolumus noticiam peruenire, quod prehabito consilio prudentum virorum dilectis fratribus Itagni sancte Marie, ordinis cisterciensis, contulimus hospitale gloriose virginis Marie, quod situm est apud oderberg in loco, qui dicitur Barzdin, Cum uniuersis possessionibus suis, quas in presenti possidet et ex donatione vel oblatione fidelium de proprietate eiusdem possessionis, videlicet Barzdin, in futuro possidebit, quatinus supradicti fratres infirmis in dicto hospitali decumbentibus perpetuo provideant ac eis in suis indigenciis necessaria subministrent. Quodsi fratres iam dicti res memorati hospitalis ab ipso alienare attemptauerint sic ut in posterum nec infirmi colligantur in ipso hospitali, nec eis necessaria subministrentur, Ad ciuitatis vsus ut prius libere reuertatur. Porro homines de barzdin secundum consuetudinem ciuitatis oderbergenensis sua iura tam ecclesiastica quam ciuilia perpetuo obseruabunt, hoc excepto, quod si sepedicti fratres in posterum vineas uel agros uel aliud quicquam ex predictis possessionibus, videlicet de barzdin, propriis sumptibus uel laboribus decreuerint excolere, ipsi et eorum homines suis priuilegiis et iunitatibus sui ordinis gaudeant et libertate. Vt autem hanc nostram ordinationem simul et donationem neutra pars tam fratrum quam burgenisium ciuitatis oderbergenensis valeat infirmare vel nostrorum successorum quisquam possit retractare, presentem paginam sigillorum nostrorum appensione et testium subscriptione duximus roborandam. Testes huius ordinationis sunt Hedenricus, plebanus in nawen, Walterus, plebanus in Zyesere, Henricus, plebanus in Oderberg; Milites Vlricus, comes de Regensten, Johannes de plote, Albero, quondam Marscalcus, Albertus de Cocstede, Thidericus de Marwiz et Alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M^o. CC^o. L. IX^o. Epacta uicesima V^a, Concurrente secundo, Indictione secunda, Sexto kal. Julii.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives — mit der Aufschrift auf der Rückseite Privilegium de oblationibus in capella, quod sint nostre in duabus festiuitatibus beate virginis, de sacramentis, de circuitione cimiterii.

VIIIb. Der Abt und Convent des Klosters Lehnin befunden, daß sie Brüder aus ihrer Mitte zur Gründung des Klosters Mariensee und zur Dotation desselben von den Gütern ihrer Kirche die Dörfer Jädickendorf und Woltersdorf mit 100 Hufen Landes hergegeben haben, im Jahre 1260.

Johannes, dei Miseracione dictus Abbas in Lenin, Totumque unanime collegium eiusdem loci uniuersis cristi fidelibus presentes litteras inspectoris in domino Salutem. Quoniam priorum memoriam posteris difficile retinent, utili cautela procuratum est, ut gesta prudentum scriptis autenticis commissa permaneant, quibus cum necessarium fuerit ueritas comprobent et dubietatis scrupulos de medio sustollant. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, Quod cum